

**Breue Julij secundi Pont. Maximi ad  
 Reges/Duces/& Principes Christianos: in quo cōtinentur po  
 riores: licet plures sint alie cause priuationis Cardi  
 nalium Hereticorum Scismaticorumq.**



IVLIVS PAPA II.

Carissimo in Christo filio nostro Maximiliano  
Electo Imperatori semper Augusto.



**A**zissime in xpo fili noster Salutē & apostolicam benedi-  
ctionem. Hodie in publico Consistorio matura prius de  
liberatione cū Venerabilibus fratribus nostris. S. R. Ec.  
Cardinalibus habita/ Bernardinū Ep̄m Sabineñ. Guill.  
Ep̄m Prenestīn. Franciscū tituli .s. Nerei & Archilei: ac  
Rhenatū de Prie. tt. sancte Sabine pb̄os Car. galero Car-  
dinalatus/honore/titulis/insigniis/priuilegiis/ uoce etiā  
actiua atq; passiua/Patriarchalibus quoq; Metropolitanis & aliis eccle-  
siis quibus presunt/ Necnō Monasteriis dignitate etiā Ep̄ali & aliis bñfi-  
ciis ecclesiasticis quibuscūq; quę in titulū uel cōmendā seu quouis alio  
modo obtinent/ priuauimus/ Et illa ac alia impostērū obtinēda inhabi-  
les declarauimus/ ab omnibusq; xp̄i fidelibus euitari/ & p̄ Cardinalibus  
deinceps nō haberi & nominari debere decreuim⁹: tāq; hereticos scisma-  
ticos & criminis lese maiestatis reos/ iustissimis quidem necessariisq; de  
causis. Quas & si credimus. M. tue magna ex parte notas esse: ut tñ notio-  
res sint rem a principio repetemus. Liberata per nos a Bentiuoloꝝ Tyrā-  
nide inclita Ciuitate nra Bononię/ & ad uerū iusticie cultū pacisq; ame-  
nitatem redacta/ recuperatis etiā Quinq; opulenti Romadiole Ciuita-  
tibus: quas Veneti a Patrimonio beati Petri distraxerant/ & de facto atq;  
indebite occupabant/ Ciuitatē quoq; nostrā Ferrarię ad imediatā obe-  
dientiam. S. R. E. ad quā pleno iure pertinet redigendam putauimus  
ut oībus rebus in regione illa pacatis/ & ad iusticie cultū redactis / citius  
& liberius sanctam expeditionem contra salutifere crucis hostes/ in qua  
oēs cure cogitationesq; nostrę uersantur inchoare/ & continuare posse-  
mus. Quod negociū paucis diebus uidebatur confici posse: nā post pri-  
uationem Alphonsi Esteñ. Ciuitatis illius occupatoris Consistoria hęc  
factā/ Mutinē. se ab obedientia eius subtraxerāt/ & Ferrariē. nos & no-  
stros auide expectabant: ut fructū Ecclesiastice libertatis quemadmodū  
& Bononiē. & alii populi. S. R. E. imediate subiecti perfrui possent.  
Oderant enim Alphonsum ipsū: qui oneratis quottidie noua onera  
imponebat: uestigalia augebat: & ipsorum sanguinem emungebat. Ab  
urbe itaq; Roma Bononiā uersus iter ingressi / oēs Venerabiles fratres  
nros. S. R. E. Car. mouimus/ ut nos pro tante urbis recuperatione  
proq; augenda dignitate sancte Apo. sedis euntes comitarent uel seque-  
rentur: quod maior & sanior pars eorū promptissime & obedientissime

ceit. Quinq; tantū exceptis / qui diuerso ab alijs p̄fecti itinere Florentiā  
 uenire / deinde Pisas / & in Lombardiā se cōtulerunt / licet a nobis nulla  
 iniuria affecti / sed honoribus & prouētibus aucti / & ad ueniendū Bono  
 niā mitissimis litteris n̄is / ac n̄itiis uocati fuissent. Vbi uero Mediola  
 nam puenerunt / in nos cōspirātes / & de Cōcilio indicēdo / permissiofō  
 sate inchoando cōsilia ineūtes / Oppugnatores. S. R. E. hortari ue  
 nementer ceperūt / ad p̄sequendū nos / occupandūq; ac lacerandū eiusdē  
 S. R. E. Ciuitates: Cuius rei certissimū fuit / q; cū nos post rebellionē Bo  
 noniā. detrimentūq; exercitus n̄i Arimini essemus. nec nobis faculta  
 tes ullas suas ut alii ueri boniq; Car. fecere / pro resarciendis tot damnis  
 tribuerunt / nec ullum consolationis genus adhibuerunt: sed tanq; tem  
 peratissimā cōsecuti / Nos ad Cōciliū per eos temeratio ausu / perperāq;  
 indictum uocare ausi sunt. Citationis cedulis in ualuis ædiū in quibus  
 residebamus / & pluribus alijs locis affixis ut auerent merorem nostrū  
 Que & si erant graui animaduersione digna / nos tū nō cōmouerunt: In  
 bono eni in malum uincere cogitabamus. Itaq; in almā urbem reuerfi  
 de recuperatione Bononie / & inchoanda sanctissima expeditione cepi  
 mus cogitare. Car. uero ipsos nec uerbo nec scripto lesimus aut ulla alie  
 rati ab eis animi nostri signa dedimus: pansis enis brachijs / & obuijs ul  
 nis eos ad nos redeuntes / & ueniam erroris petentes / recipere parati era  
 mus: de eorū reditu magnū gaudiū p̄cepturi / iuxta doctrinam saluatoris  
 nostri / per parabolā filii prodigi in Euangelio introductā. Sed Car. p̄  
 didi in reprobū sensum dati / lenitatē & mansuetudinē nostrā pro metu  
 interpretantes / mala malis quottidie addiderunt / Principes xp̄ianos cō  
 tra nos incitare nō destiterunt. Complures etiam diuine legis peritos /  
 & iuris Pontificii ac ciuilis interpretes ad se allicere sunt conati / adeo ut  
 nobis necesse quodāmodo fuerit / cū consilio eorundē Venerabiliū fra  
 trum nostrorū S. R. E. Car. illos monere / sub priuationis Pilei & alijs gra  
 uioribus penis / ut Capiti se reunirent / ad nos redirent / & erroris ueniam  
 peterent. Qua in monitione etiam ualde clementes fuimus. Terminum  
 enim Quinquaginta dieꝝ illis p̄fiximus: in quo uel ab India redire quo  
 diāmodo potuissent. Et deinde non minori clementia p̄fixum tempus  
 ad XV. & postremo ad dies Octo alios prorogauimus: sacroq; Colle  
 gio eorundē. S. R. E. Car. permisimus ut fidem publicā / & saluū condu  
 ctum Scismaticis ipsis darent: Promitterentq; si redirent & ueniam pe  
 terent / q; nos in eadem dignatione ac gratia eos reciperemus / qua ante  
 eorū a nobis discessum erant. Expectabamus q; tanta mansuetudine alle  
 gi / & impunitate erroris proposita essent ad nos redituri. Verum cū iam  
 ultimi termini finis instaret / non ad nos sed uersus Pisas cū armatorum  
 p̄sidio sunt profecti: celebraturi ibi detestabile & damnatum eorū Cō

ciliabulum / si Florentinus populus / qui multo sanguine & sudore man-  
misq; laboribus ac dispendiis Ciuitatem illam recuperauerat / eos & a-  
matos milites in ea Ciuitate recipere uoluisset. Ausi etiam sunt Segun-  
usq; Citationis cedulas mittere / si forte gentem illam catholicā uener-  
tam pntiosi Scismatis possent inficere: Sed deo uolente / hac quoq; sp-  
& cogitatione frustrati sunt. Carissimus enim in xpo filius noster Fer-  
nandus Aragonū & utriusq; Sicilie Rex catholicus / eos qui hmōi affi-  
onis testes fuerunt / Laicos uidelicet per laicos / Ecclesiasticos uero p-  
Venerabilē fratrem Io. Ep̄m Brittoniē. nīm & Apo. sedis in Hispan-  
Nuntiu capi & puniri mādauit: & prout ille etiā nō premissa fecit. Qu-  
bus rebus cognitis / nos cōsiderantes q̄ error cui nō resistit approbat  
& q̄ mala nascentia priusq; corroborent facilius euellunt / quodq; de r-  
ludicris & parui momenti rebus / sed unitate. S. R. Ec. pace & quiete to-  
us reip. xp̄iane agit / in eosdē Scismaticos q̄ benignitate nra abusi fut  
& maledictionē pro bñdictione uoluerunt / gladiū seneritatis aplice e-  
ruimus / & eosdē priuauimus ut p̄fertur. Priuati enī atq; exauctorati  
nus reipub. xp̄iane nocere poterūt: & alii horū pena admoniti cōsilia  
melius uertent. Nullusq; posthac inueniet qui talē insanā imitari uel  
Que oīa maiestati tue significanda duximus ut Bern. Guil. Fran. & R-  
natum p̄dictos deinceps nec pro Cardinalibus habeat / nec Card. scrip-  
uel uerbo appellet / sed eos a se reiciat / & a suis subditis ubiq; faciat ei  
tari: Q̄ maiestatem tuā pro sua maxima erga deū pietate & S. R. Ec. c-  
uotionē & caritate facturā nō dubitamus. Datū Rome apud S. Petrus  
sub annulo piscatoris. Die. xxiiii. Octobris. M. D. XI. Pont. nostri An-  
Octauo. Sigismundus.

Carissimo in xpo filio nro Ludo. Francoꝝ regi xp̄ianissim  
Carissimo in xpo filio nostro Ferdinando Aragonū & utri-  
usq; Sicilie Regi catholico.

Carissimo in xpo filio nro Emanuēli Portugalie & Algar-  
rum Regi Illustri.

Carissimo in xpo filio nro Hérico Anglie Regi Illustri.

Similia Cariss. mo in xpo filio nro Iacobo Scoroz Regi Illustri.

Cariss. i xpo filio nro Vadislao Hūgarie & Bohemie regi

Cariss. i xpo filiis nris Io. regi & Catherine regine Nauarre

Carissimo in xpo filio nro Sigismūdo Polonie Regi Illustri

Carissimo in xpo filio nro Ioanni Dacie Regi Illustri.

Dilecto filio Nobili uiro Carolo Duci Sabaudie.

Dilecto filio nobili uiro Leonar. Lauredano Duci Venetia

Finis.